



## **Conciones, Siue Conceptvs Theologici Ac Praedicabiles, In Omnes Totivs Anni Dominicas**

Opvs Novvm Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue]  
Scriptoribus plenißimum, cum occurrentium fidei controuersiarum  
tractatione.

Jn Omnes Totivs Anni Dominicas Æstivas, à Festo Pentecostes vsque ad  
Aduentum

**Besse, Pierre de**

**Coloniae Agrippinae, 1620**

Dominica Qvinta Post Pentecost.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56306)

libitum erit, easdem laxas aut contrahis, sine te enim & tuo numine quidquam fieri negamus posse. Tibi quippe viuimus, per te mouemur, à te pendemus, à te esse nostrum sortimur: quod euidenter hodie declarasti, cum tantam tuam esse in mare, quantam in terram, potentiam demonstras. Summum naturæ Dominum & rectorem hodie te ostendis, cum & pisces in vnum coacti locum, & imo excitari, in illis tuis obsequantur. Tu non sine miraculo Petri nauigium comples, re ipsa declarans, quod verbo olim docueras, regnum cælorum, id est, Ecclesiam, simile esse sagæ missæ in mare, ex omni genere piscium concludenti: simul & veteres figuras adimplens. In Arca namque Noë omne animalium genus collectum erat, & hodie omne naturale Petri nauigium ingreditur: è quo liquido colligere est, omne peccantium genus in Ecclesiam mittendum, in qua & poenitentiam agerent, salutem sibi acquirerent, itaque recta ad virtutem tenderent, æternam sibi tandem aliquando beatitudinem comparaturi: cuius confortes nos faciant Deus Pater, Deus Filius, & Paracletus Spiritus. Amen.

## DOMINICA QUINTA POST PENTECOST.

Partitio.

- I. Veteris ac nouæ legi dispar comparatio.
- II. De Pharisæica iustitia.
- III. De homicidij immanitate.
- IV. De iratum iustitiam dira.

*Nisi abundauerit iustitia vestra plus quam Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum. Matth. 5.*

## FIGURA.

Secundus Israëlitarum Rex David, debiti honoris vindex, & iusti obseruantissimus, iniquo ferebat animo, si cui suorum domesticorum legatorumque iniurias & contumelias irrogari cerneret: quin & indignabatur, tandem aliquando vindictam tempore suo de iisdem sumpturus: atque hinc Ammonitas, quod legatos suos ignominiose habuif-

sent, & egregia contumelia affecisset, interuentione propemodum deleuit. Simile quiddam hodiernum nos edocet Euangelium, in quo magnum illum David, Iesum Christum inquam, honoris sui Zelo incensum, & honoris suorum studiosissimum cernere est: dum nimirum proximo vllam iniuriam, contumeliam, ignominiamque irrogari verat, eique ne bilem quidem aut stomachum velit moueri. Quod qui diligenter obseruat, nã ille Euangelicam perfectionem est assecutus: sin minus Pharisæicam & fucatam quãdam iustitiam visus est affectasse. Hanc hodie telam pertexere est animus. Spiritum Paraclætum, qui succurrat, & gloriosissimam Deiparam, quæ patrocínio iuuat, idcirco compellemus: quare Angelicam salutationem in genua prouoluti recitemus:

Ave MARIA.

Quemadmodum Cosmographi & Physi- I. ci, mundi huius machinã describentes, can- Mundus dem in duas regiones ac sphæras dispersiti in duas sunt, quarum hanc elementarem, alterã celestem nominarunt: ita & Theologi, huc al- partes di- uisus. ludendo vniuersum bibliorũ corpus in duo Vtrumque; testamenta, nouum & vetus discreuerunt, testamen- quæ duabus illis mundi regionibus quam o- tũ duabus prime respondent. Nam vt regio cælestis e- mundi re- mentari multo est dignior ac nobilior, ita gionibus quocumque nouum Testamentum veteri, tum per- collarum. fectione tum dignitate excellentius. Elemẽ- taris siquidem regio & corruptionibus, & impressionibus meteorologicis obnoxia est: cælestis iisdem caret, & nunquam mutatur; ita quoque præcepta & ceremoniæ veteris Testamenti abrogatæ sunt, nouũ vero Christi promissioni innitendo, nunquam violabitur aut interrumpetur. Quia & cælestis illa regio comprehendit solem facem illam rutilantissimam, luminis auctorem, motus omnis principem ac principium, ab illo terra illuminatur, splendorem habet ac fulgorem. Ita quoque nouum Testamentum complectitur in se Iesum Christum, fontem omnis gratiæ ac principium, & ab illo vetus, omne suum bonum ac felicitatem comparauit. Denique vti cælum nebulas dispellit, caligines discutit, & ab elementis tenebras

bras propulſat; ita quoq; nouum teſtamen-  
tum tenebras veteris elucidaſ, vmbraſ abig-  
git & figuraſ eliminaſ: verbo vt abſoluam,  
lex gratia ad perfectionem adſpirat, & Mo-  
ſaica ſerpebat humi, nec à communi viuendi  
modo multum diſtabat.

**1. Cor. 3.** Minutius hoc Apoſtoluſ expendens, ver-  
tuſ Teſtam. idcirco litteram & legem occi-  
dentem; nouum vero ſpirituſ viuificantem

**In 2. Cor. 3.** vocat; *Littera occidit ſpirituſ viuificat.* Quæ  
verba Chryſoſtomuſ expendens ait: *Lex eum  
quæ in ſabbatho ligna colligit. Num. 15. lapidibus  
obruir: hoc eſt, quod ait Pauluſ, Littera occidit;  
gratia ſexcentoſ homicidaſ & latroneſ accipit.  
Lex vultuſ eum qui deprehenſuſ fuerat, ex vino  
mortuum reddit. Lex noſtra reum ex mortuo vi-  
uum efficit.* Auguſtinuſ quoq; in eadem ver-  
ba incidens, idcirco credit litteram occidentem

**Lib. de ſpi-  
ritu & li-  
tera. cap. 4.** legem Moysiſ appellari, q̄ ipſa per ſe vitam  
dare non poſſet: at è contra Euangeliuſ ſpi-  
rituſ eſſe qui viuificat, quod gratiam, quæ  
vera animæ vita eſt, elargiatur, reoſ vero &  
improboſ ad mortem minime depoſcat, at  
omnibuſ ampliffimâ miſericordiâ pollicea-  
tur. In q̄ rem luculentuſ figuraſ producam.

**4 Reg. 4.** Eliſæuſ Propheta Giezi puerum ad viduæ  
domum cum baculo feſtinat, quo filiū eiuſ  
ad vitam reuocat: ſed ſeruſ in caſſum adni-  
titur, baculuſ nihil iuuat, & in vanum cedit  
labor & induſtria, ita vt Prophetam ipſum  
venire opuſ fuerit, qui mortuo ſuperincum-  
bens & exhalans puerum ad vitam reuocauit.  
Miſit olim Deuſ ſeruū ſuū Moysiſ, legem  
ſcriptam velut baculū ei in manuſ tradidit,  
attamen vitam hominib. reddere nō poſuit,  
tantū opuſ Dei requirebat induſtriā: quā-  
obrem ille tandem venit, homini ſuperincu-  
bit, exinanijuit ſe ſerui formam accipiens,  
reſte Apoſtolo, & quamprimum mortuſ ad  
vitam rediit. Carebat hac virtute Teſtamen-  
tuſ vetuſ, ſed ſoli Euangelio eadem refer-  
uabatur: Giezi igitur eiſq; baculuſ Moſem  
& legem illam auſteram denotabant, Eliſæuſ  
vero inermiſ, dulcem & gratū halitū e-  
mittens, Chriſtuſ cum Euangelio, qui non  
niſi miſericordiā & gratiam reſpirant.

**Luc. 10.** Miſer ille viator, de quo Lucas, qui in la-  
troneſ incidit, ſauciuſ & nuduſ iacet in  
via, exanimiſ, & ſpirituſ extremuſ trahēſ.

Transit Sacerdoſ, nec motuſ eſt miſericor-  
diā; tranſit & Leuitiſ, ille quoque marmore  
durior: venit tandem Samaritanuſ, qui pie-  
tate motuſ & tactuſ intrinſecus, iumento  
ſeminecem imponit, oleuſ vinuſq; vulne-  
ribuſ inſtillat; illoq; in diuerſorio depoſito  
diligentem valetudinē eiuſ rationem haberi  
mandat. Miſer, eheu! Adam cum vniuerſa  
poſteritate ſua in peccati deſerto inopiſ & om-  
ni gratia cæleſti ſpoliatuſ, & variſ accē-  
ptiſ plagis ſauciuſ iacebat, iacebat, inquam,  
ſemianimiſ: vivebat ſiquidem corpore, ſed  
quoad animam, exſpirauerat. Præterit ſum-  
muſ Sacerdoſ Aaron, trāſit & Leuitiſ Mo-  
ſeſ, lex & ſacerdotiuſ prætergreſſi ſunt, ve-  
runtamen nemo ſalutem agro impertit: ſed  
ille, quem Iudæi conuitiando Samaritanuſ  
nuncuparunt, (*nonne bene dicimus noſ, quia Chriſtuſ  
Samaritanuſ eſt?*) ſtetit in via, atque adeo mi-  
ſer illiſ, id eſt, generiſ humani miſertuſ nuſ  
eſt, vt vulnera alligariſ, curariſ, vitamque æ-  
ternam, quam pene amiſerat, reſtituerit. E  
quibuſ omnibuſ colligere eſt, legem & Mo-  
ſem animas ſaluare non potuiſſe, ſed ſoli Ie-  
ſu Chriſto, & legi Euangelicæ: hanc præro-  
gatiuam reſeruatam.

Hinc factū credo, quod Chriſtuſ à Io-  
anne *radix & genuſ David* fuerit nuncupa-  
tuſ: nā vt è radice & tunc o arbor, & late ex-  
ſpantiantes rami ſuccuſ, ſubſtantiam & vi-  
tam trahunt: ita è ſolo Chriſto David om-  
neſque veteriſ Teſtamenti Patreſ, ſalutem,  
iuſtificationem, gratiam, merita & ſexcenta  
aliā dona hauſerunt. Atque & Cherubini o-  
culos & vultuſ in propitiatoriuſ conue-  
tebant, ita quoque par erat geminuſ popu-  
luſ, veterem ſcilicet, qui Chriſti aduentuſ  
præceſſit: & Chriſtianuſ, qui deinde ſubna-  
tuſ eſt, ſpem ſuam in ſolum Chriſtuſ, verū  
& generale apud Patrem propitiatoriuſ,  
conuertere, ſubſcribit huic conceptuſ Apo-  
ſtoluſ dicent: *Chriſtuſ propoſuit bene propitia-  
torem in ſanguine ipſiſ ad oſenſionem iuſtiſ  
ſua. propter remiſſionem præcedentiuſ delictu-  
rum.* In quem locuſ Theodoretuſ com-  
mentatuſ ait, Apoſtolū hic liquido demon-  
ſtrare, verum Chriſtuſ eſſe propitiatoriuſ.  
Equidem hinc efficere volo, legem veterem  
obtegmentuſ & inuolucruſ fuiſſe, no-  
uam.

nam autem veram myſteriorum perfectionem, vnde idem Apoftolus: *Vmbra habet lex futurorum bonorum.*

Vetus testamentum, quantum quantum fuit numquam cœli nobis poruit portas referate, at nouum clauēs tradidit, & poteſtatem intrandi obrulit: *Tibi dabo clauēs regni cœlorum*, ait Petro Dominus. Stephanus quoq; cum lapidum imbre perplueretur, voce magna clamabat: *Video cœlos apertos.* Quin & Ioanne Chriſtum baptiſmi aquis tingere, cœli referati & aperti viſi ſunt. Ioannes in Apocalypſi duodecim cœli portas parentes vidit: quod euidens argumentum eſt, in lege gratiæ cœli portas quas lex Moſaica occultas viderat, aperiendas. Neemias olim præcepit: *Non aperiantur porta Ieruſalem vsq; ad calorem ſolu*, ſimilem olim legem viſus eſt Deus poſt Adæ peccatū aduerſus homines tuliffe, *Non prius aperiantur porta Ieruſalem cœleſtu*, id eſt, quam magnus ille Meſſias, ſolis inſtar, mūdo exortatur, peccati tenebras diſpellat, & igne amoris gratiæq; animas hominum accendat.

In Numeris aliud decretū legere eſt: *Exules & profugi ante mortem Pontuſi ſi nullo modo in vrbes ſuas reuerti poterunt.* Allegoricus legis huius ſenſus miſeros peccatores respiciebat, & ea deſignabatur, patres antiquos, & omnes Adami filios, paradifo ob delicta perſcriptos, non prius in cœleſtē patriā ingredi poſſe, q̄ Ieſus Chriſtus, ſummus ille Pontifex exiſpiſſet. Caterum è longo hoc, quod hæc tenus texui, ex ordio facile colligere eſt, legē veterem imperfectam fuiſſe, nouam vero eminentiorē & digniorē; quod & calculo ſuo Redemptor confirmat, & in noſtrā ſententiam vitro ſecedit, dum perfectiora & puriora à nobis in lege gratiæ opera poſtulat, q̄ olim in lege antiqua Scribæ fecere & Phariſæi. Ecce Euangelium. *Niſi abundauerit iuſtitia veſtra plusquam Scribarum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cœlorum.* Vt ordine & certa quādam ferie materiæ huius agmen in aciem producam, iuſtitiam Phariſæicam in caſtroium fronte collocabo: perfectionem vero Euāgelicam in vltimo agmine ſtatuum perfectionem, inquam, quæ proximum diligiiubet & omnem rancorem eliminat.

Quod ad primum attinet, antequam longius prouehar, hic cum Chryſoſtomo notandum occurrit, iuſtitia vocabulum hoc loco vox hic non accipi, prout iuſtitia virtus quædam particularis eſt, aſt vniuerſaliter pro vniuerſo ter accipi-virtutum agmine, vt & vulgo in hocce verſu tur. accipi ſolet:

*Iuſtitia in ſeſe virtutis continet omnes.*

Sanctus Hieronymus autem ait, iuſtitiam hoc loco idem eſſe, quod à peccato viuere immunem; non peccare autem, perfectam continet in ſe diuinorum mandatorum obſeruantiam.

In aliam ſententiam deſcendens Auguſtinus, credit per iuſtitiam, pulchritudinem quandā animæ denotari, qua homines Deo grati ſunt, & coram diuinæ maiestatis oculis gratiam inueniunt, vt pulchri & formoli, coram hominibus, eamq; in ſe complecti tū mali fugam, tum virtutū & boni ſequelam: atq; hoc modo Noe iuſtus in Genefi eſt appellatus; & huiusmodi fuiſſe certum eſt, illos decem, quos inuenire in Sodomis optabat Abraham; quo pentapolis excidium differretur. Hæc illa iuſtitia eſt, quam à ſuis Dominus exigit, & quam Phariſæica maiorem & eminentiorem eſſe vult, id eſt, vt meliorem & ſinceriorem vitam ducant, quam Phariſæi & Scribæ. Iuſtitia igitur hic in genere intelligenda eſt: quod & Deo & rationi debita ſit. Hoc igitur poſito fundamento, dico, Dominum exigere, vt iuſtitia noſtra maior ſit & perfectior, quam Phariſæorum: *Niſi abundauerit iuſtitia veſtra plusquam, Ecce non intrabitis in regnum cœlorum.* Abundet igitur necelle eſt, idque plurimas & egregias ob rationes, quarum hæc prima eſt.

Phariſæorum & Scribarum iuſtitia peni- Falfa Scri-  
tus humana erat, opera propria ſpectabat, barum iu-  
virtutibus propriis, non vero diuinæ miſeri- ſtitia ope-  
cordiæ, nec iuſtitia: aut meritis Ieſu Chriſti, ribus pro-  
innitebatur; perſuadebant enim ſibi, ſaluari priis inni-  
ſe propriis meritis, nihil à Meſſia mutuando, tebatur.  
poſſe, ſimulque operibus ſuis gratiam diui-  
nam ex æquo, nullo meritorum aut gratiæ  
Chriſti reſpectu habito, deberi. Sed a ſcopo  
nimium quantum aberrabant: omnis ſiqui-  
dem hominum iuſtitia nihil eſt coram Deo,  
& ne obolum in altero mundo valet, niſi  
prout gratis ac meritis Redemptoris inniti-  
tur.

**Rom 3.** tur. Arque hic est vau ex Aphorismis Pauli-  
 nis: *Iustificasti gratis per gratiam ipsius, per re-  
 demptionem, que est in Christo Iesu, quem propo-  
 suit propitiatorum per fidem in sanguine ipsius.*

**Figura.** Huius autem iustitiæ Christi per Sacramen-  
 torum vsum, perque bona & meritoria ope-  
 ra participes reddimur, quibus Christi sa-  
 tisfactio, merita, iustitia, robur & vires sup-  
 peditant. Quod figura faciet manifestius.

**Opera** Olim in propitiacione peccati agnus aut  
 nostra nõ hœdus immolabatur; quo denotabatur, vñ-  
 sunt meti- turum aliquando in mundum agnum, qui in  
 toria sine crucis ara pro omnibus peccatis immolare-  
 Christi tur. Fixum igitur maneat & inuiolatum, nul-  
 gratia. lum hominis opus coram Deo mereri, nisi à  
 filij Dei & Redemptoris iustitia conduca-  
 tur. Non prius amaræ & insipidæ Jerichuntis  
 aquæ dulcedinem induerunt, quam Elisæus  
 4. Reg. 2. salem iisdem iniectisset. ita quoque opera  
 Figura. nostra, quæ instar aquæ amaræ sunt, sine sa-  
 lutari passionis sale insipida forent, sed eo-  
 dem salita & cruce cõdita, dulcedinem mox  
 induunt admirabilem. At huiusmodi non er-  
 rat Pharisæorum iustitia, vt quæ Christi pas-  
 sione tincta non erat, atque ideo melior &  
 maior à nobis exigitur. Hęc prima ratio: iam  
 ad secundam procedamus.

**Iustitia** Pharisæorum deinde iustitia imperfecta  
 Pharisæo- & defectibus plena erat, quod in rebus exte-  
 rum exte- rioribus sitam eam existimarent, ne hilum  
 riora re- de intrinsecis solliciti; externa spectabãt, in-  
 spiciebat. terna negligebant: cum tamen vera & perfe-  
 cta iustitia e corde procedat, & animo insita  
 sit. Hinc toties Christus eorum agendi rationem  
 3. Matth. 23. coarguens dicebat: *Va vobis scribae &  
 Pharisai, qui mundati, quod de foris est calicis,  
 intus autem estis pleni rapina & immunditia.*  
 Alibi quoque sepulchra appellat dealbata,  
 forinsecus imaginibus & sigillis marmoreis  
 insignita: intrinsecus putore, squalore, & pu-  
 tescentibus ossibus plena, at iustitia Chri-  
 4. Psal. 44. stiana, quo illam antecedit, e corde potissi-  
 mum & animo procedat necesse est, nam om-  
 nis gloria filia regis ab intus.

**Figura.** Vt autem hoc mysterium denotaret, vo-  
 luit olim Deus, imprimis sibi offerri pingue-  
 dinem & adipem ouium, quæ intestina vela-  
 rent, *Offerrent ex ea caudam & adipem, qui ope-  
 rit vitalia, duos renunculos & pinguedinem, qua*

*iuxta illa est.* Quod euident argumentum,  
 quo denotatum volo, Deum in operum &  
 cogitationum nostrarum sacrificiis non mo-  
 do exteriora, verum etiam interiora, consi-  
 licet & animam, sibi deposcere. Hicce sacri-  
 ficium assueuerat Dauid, cum diceret: *Benedic  
 anima mea Dominum, & omnia que intra me  
 sunt, nomini sancto eius.*

Procedamus ad tertiam. Pharisæica iustitia Iustitiæ  
 non nisi vanâ spectabat gloriã, nec Deo pla- Pharisæi-  
 cere studebat, sed hominibus; atq; ideo non ce suis  
 sufficebat, vt eadem quis æternam sibi glo- est place-  
 riam compararet. At nostra iustitia alio spe- re homi-  
 cter, inanes illos gloriolæ rumufculos negli- nibus.

gat, inanes laudum titulos conculcet, & soli  
 Deo omnibus in actionibus, non mundo aut  
 hominibus, placere satagamus. Idcirco to-  
 ties summus ille magister suos edocuit vanã  
 gloriam proterere: *Attendite ne iustitiã vestrã  
 faciat coram hominibus, vt videamini ab eis.*

Alibi quoq; laudũ aucupes taxã, ait: *Omnia  
 opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus.*

Ceterũ hocce histrionibus & ludionibus si-  
 miles dixero, nã vt hi toros dies saltant & la-  
 borant, membra antrosum & retrorsum tor-  
 quendo, vt spectatoribus placeant; vesperi  
 vero membrorum concussione agitationeq;

fatigati stultitiã suã culpant & reprehendũt,  
 quod sese exiguo lucello aut emolumento  
 accepto ita torferint ac fatigarint. Mundani  
 enim, qui quidquid agunt, coram aliis agere  
 student, vt ita hominib; placeant, mille sub-  
 eunt molestias seseq; excruciant: at vbi vitæ  
 vespera & mortis nox ingruerit; dum nullam  
 se mercedẽ vident recepisse, plorant, eiulant,  
 lamentantur, ingemiscunt. Et certe lamentorũ,  
 gemituumq; sonitum in aurib; tionicẽtem  
 audire videor; apud Sapientẽ enim clamant:

*Ergo errauimus à via veritatis, & iustitia lumẽ Sap.  
 nõ illuxit nobis, & sol intelligẽtia non est ortus no-  
 bis, lassati sumus in via iniquitatis & perditio-  
 nis, & ambulauimus vias difficiles: viam autem  
 Domini ignorauimus.* Perro viã Domini igno-  
 rare, & à veræ iustitię tramite declinare, inq;

salebrosa & scruposa via mundi lassari, more  
 Pharisæico viuere est, & vanæ gloriæ flabũ  
 sequi, & cogitationes suas hominũ plausui,  
 & laudib; vulgi adaptare. At hanc viuẽdi ra-  
 tionẽ detestatur Deus, dicens: *Nisi abundauerit*

*ut iustitia vestra plusquam scribarum & pharisaorum.*

Quarta hæc sit; Iustitia Scribarum falsa & fucata erat, & nullo nomine, nisi externo quodam fuce commendabilis, falsæ legis intelligentiæ innitebatur: credebant enim irâ, odium, & alios prauos animi affectus, nõ esse coram Deo peccatũ, sed licita, & ad iustitiã spectare & virtutem: quod in hodierno tamen Euangelio redemptor coarguit, dicens: *Audistis quia dictum est antiquis, &c. Ego autẽ dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio* Id est, Lex vetus exteriora damnabat flagitia, qualia sunt homicidia, furta, adulteria; verum Euangelica etiã interna castigat, qualia sunt iniuria, ira, bilis & rancore erga proximum, quæ ubi ab animo profcripta sunt, perfectioni Euangelicæ locus est.

Plinius naturæ arcanorum scrutator accuratissimus, regem apum, quẽ ceteris & pulchriorem & maiorem (duplo quippe ceteras excedit) naturæ finxit, aculeo carere tradit, atque ita semper inermem procedere. Quo naturæ opificem designare voluisse aurum, quo quis nobilior, dignior, & eminentior est, eo & maiorem morum suauitatem præferre, minus in alios sæuire, & semper sine aculeo, sine rancore inquam, ira, bile, aculeis acutissimis, mortemque inferre solitis, volare debere. Atque hoc est, quod Euangelica schola edocet. At synagoga Iudaica aliam prælegebat lectionem, legem aliam, aliam quoque spectabat iustitiam, literalem inquam, & non spiritualem, quæ non in animo ac voluntate, sed in externo tantum opere peccatum firũ credebatur. Scribæ siquidem sibi persuadebant, præceptum non occidendi, non furandi aliena, non adulterii committendi, non nisi ad exteriora extendi opera. Sed fucata hæc iustitia est, & hanc se diiudicaturum aliquando, per Prophetam testatur Deus, *Cum accipero*. inquit, *tempus, ego iustitias iudicabo, id est, falsas, inanes, futiles, mendaces, Pharisaicas. At alia nostra sit oportet, nam nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum & Pharisaorum, non intrabitis in regnum cælorum.*

Ultima ratio est; quod Pharisaorum iustitia non nisi mera esset hypocrisis, plena fictionis plena & dissimulationis; exterius

quidem pulchra apparebat & perfecta, at reuera nihil erat. Hinc toties hypocritarũ nomine eosdẽ Dominus donauit in Euangelio, *Matth. 15. Hypocrita bene prophetauit de vobis, & alio in Matth. 23. loco, Quid me iustitias hypocrita?* Ceterum hypocritarum opera gemmæ mangonicæ sunt, Hypocritæ & nummi adulterini, qui in alio orbe nõ admissi mittuntur: nam vt nummi adulterini aut adulterici emulsi sunt, interius vero ære, ita quoniam collata que opera hypocritarum exterius videtur aurea, *Dan. 2.* aurum virtutis ostentant, at intrinsecus ære malitiæ, falsitatis, mendaciæ sordent; statua Nabuchodonosoris persimiles, quæ vultum habebat aureum, pectus æneum.

Referunt nonnulli, poma quædam haud Hypocritarum a mari rubro nasci, quæ exterius quidem pulchra & iucunda videntur, at tacta in fructibus fumum, & quidem pestilentem, ac cineres rubri mofoluuntur. Hypocritarum opera pomis his esse similia. cenfeo simillima, quæ in rubro mundi huius mari enascentia, extrinsecus splendent & fulgorem ac meritum soliditatem præferunt, sed quamprimum vt omnipotens eadem, parum licet, tetigerit, in fumum & vanitatem euanescent & coram Deo & hominibus sinceris sordent ac putrescunt.

Struthio plumas habet accipitris & herodii, vt ait Iob, *Penna Struthionis similia est herodii & accipitris*, quæ duæ aues ceteras in volando antecellunt; at à terra se sustollere nequeunt; alas quidem habet vt aues masculæ & generosæ, sed earum volatum nõ potest imitari: & quamuis alas ad volandum interdum explicet, è terra tamen se leuare nequit. Verus hypocritæ typus hic dignoscitur: quamuis enim egregias præ se ferat actiones & virtutes, quas viri sancti exercere, sublimem se volado sustollere & cælum petere videatur, corde tamen & animo nunquam terram deserit aut mundo valedicit.

Arx exterius balistis pluribus quæ eminent, instructa, turribus circumsecus munita, propugnaculis vallata; & variis armamentis circumdata, terrori & admirationi est adspicientibus; at sæpe interius nihil præter hunc bellicum apparatus & minas panicas apparet. Si quis enim ingrediatur, & singula diligentius excutiat, videbit oēs illas machinas inanes, balistas non puluere, sed rubigine & firas plenas,

Hypocritarum  
Struthio  
herodii  
accipitris  
volando  
nequeunt  
masculæ  
generosæ  
imitari  
interdum  
nequit  
typus  
virtutes  
sublimem  
videatur  
nunquam  
valedicit

Simile.

plenas, propugnacula diluta, locaq; vicina pulvere, globis, & igne, quæ tamen comprimunt necessaria sunt, catere. Id ipsum de hypocrita dici potest; exterius quippe eum omnium victurum genere, & omni genera armatura spirituali munitum videbis, ieiuniis inquam, elemosinis, oratione, & alijs sexceteris, adeo ut omnes in admirationem trahat: at qui intetius examinare voluerit & excusserit, videbit haud dubie omnem illam armaturam igne & flamma diuini amoris, puluere humilitatis, plumbo & globis rectæ ac sinceræ intentionis destitutam: ideo ictus infigere nequibit, nec cœlum violenter perfingere, quo in beatas sedes ingrediatur.

**Cōceptus** Naturalium rerum Scriptores tradunt, auium reginam aquilam, pullos, num legitimi sint, an vero adulterinæ propagines, exploraturâ, eos soli è directo opponere soleret: tum si quos ad radiorum fulgorem viderit cōnuentis, & irretorto oculo splendorem non ferentes, ut spurios habet, & velut generosa aquilatum stirpe indignos nido eicere.

Ut autem è naturali hac indagine conceptum eliciam Theologicum, dico, vnū è precipuis è quibus aquilæ reginæ id est, Iesu Christi pulli ac filij dignoscantur, signis esse, si oculorum vim ac perspicacitatem soli iustitiæ è directo opponant, i. e. si omnia quæ agunt opera, cogitationes, voluntates, intentionesq; ad solius Dei dirigant gloriam & honorem. Qui vero secus faxit, in Euangelium peccat, hypocrita est, Phariseos imitatur, & summi magistri præceptum violat, docētis, *Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum & Phariseorum, non intrabitis in regnum celorum.*

Simile.

Non errauero, si Phariseorum synagogam meretrici & adulteræ comparauero: nam ut hæc se comit, ornatur, adscititios colores & succos assumit, vestes pretiosas induit, gemmis & monilibus sese circumdat, non ut viro placeat, sed lenones & adulteros in sui amorem & castes pertrahat: ita quoque synagoga (de qua dicitur, *Gens praua & adultera signu querit*) iustitia se, virtutibus, bonisque operibus, quæ vere monilia & vestimenta spiritualia sunt, exornabat, non ut in legitimi sui sponsi, Dei inquam, oculis gratiam inueniat, sed ut mundo, carni, & diabolo, cum quibus adul-

terari cōsuevit, placeat. De qua in hunc sensum à Jeremia dicitur, *Tu autem fornicata es cum amatoribus multis.* Et ab Ezech. *Cum idolis suis fornicata sunt.* In solum itaq; mundum oculos defixos habebat, nec in cœlum eos imquam sustollebat, solam vanam gloriam spectabat, quæ virtutum grando, & humanarum actionum vastitas ac perniciēs, sed velis remissiq; nobis hæc fugienda est, in quo imitari sunt Iudæi post reditum è captiuitate Babylonica templum Ierosolymitanum instaurantes, de quibus in Esdra legitur, *Vna manus faciebat opus, & altera tenebat gladium.* Hinc siquidem opera bona & meritoria exercenda sunt, illinc vero aduersus vanam gloriam, bonorum operum hostem terribissimam, gladius stringendus: atq; ita fiet, ut iustitia nostra Pharisæicâ longo sit intervallo superatura. Domini præcepto obsequendo, dicentis, *Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum & Phariseorum, non intrabitis, &c.*

Porro Pharisæorum iustitia in eo potissimum sita erat, quod aliorum peccata acerrime reprehenderent, & sibi peccantibus adularè peccataque propria artificio quodam velarent. Vult itaq; Dominus Christianorum iustitiam superare, i. e. vult Christianos in propria errata senere & rigide animaduertere, sed aliorum delicta modeste carpere aut potius conuiere: in quo plurimos modo peccare videmus, qui more Pharisæico minimam in proximum nauum intuiti, nubium tenus eleuant, propria vero terribilia licet ac maxima, velant & deprimunt.

Figuram quam scitissimam in Regum historia legere est. Cum Absalō aduersus David patrem insurgeret, illius regno insidiatus, & in tales eum compelleret angustias, ut Hierosolyma deserta desertum peteret; videretque rege egresso, Davidis integerrimum Cauiai in palatio stantem, eum coarguit, dicens, *Hæc est gratia tua ad amicum tuum, quare non iuisti cum amico tuo?* Interea non videbat se maioris culpæ reum esse, quod patre bello adeo iniquè premeret ac persequeretur. Rebellis ac refractarius hic eos denotat, qui minima in aliis delicta culpant, cum ipsi maiorum & grauiorum coram Deo rei inueniantur: aduersus quos in Euangelio DOMINVS ait,

ait, *Vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides.*

Ad hæc iustitia Pharisaorum talis erat, ut alios, quæ ad salutem spectabant viamque salutis, edoceret, cum ipsi ne manum quidem operi ad mouerent: in quo templorum campanas optime referunt, quæ alios ad sacra conuocant, ipsæ tamen fixæ in campanili manent: aut oculifera & inter signia diuersorum, quæ omnes ad hospitium inuitat, & peregrinos intrare quodammodo compellunt, cum ipsa ventis, pluuiæ, imbribus semper exposita maneant: aut miseris arca Noe compactoribus, qui aliis quidem, qua diluuiio eriperentur, nauem compegere, intrare tamen detrectantes, cum aliis vnda absorpti sunt.

Non secus etiam nostri Pharisei, qui aliis arcam construebant, varia ad salutem media suggerebant, plurimas ad diuinæ iustitiæ tempestatem euadendam rationes reperiebant, fluctibus tamen immerisi perire: omnes ad cælum inuitabant, ipsi ne pedem à terra mouere cupiebant. Nostri quoque aliter vitam instituere, nam *Nisi abundauerit iustitia nostra plusquam Scribarum & Pharisaorum, &c.*

In hoc quoque Pharisæica iustitia sita erat, quod minima & friuola plurimi facerent, maioris vero momenti ac ponderis res penitus negligerent: è musca faciebant elephantem, & ex elephante muscam.

An non meministis, quomodo illi ipsi olim discipulos reprehenderent, quod illotis panem manibus manducarent, cuius contrarium ipsi antiqua quadam traditione à maioribus acceperant. Ipsi tamen Dei præcepta violare non verebantur, præcepta inquam parentum honorandorum iisque obediendi. Huiusmodi Pharisæis hodie mundus scater, qui plurimam corporis, nullam vero animæ rationem habent.

An non stultus ille ac fatuus dicendus esset, qui equum pretiosis monilibus conuestiret, gemisque variis exornaret, corpus vero suum negligeret, vilibus panniculis & seruitis conuestiret, & assumentis variis deformaret. Longe maior profecto eorum dicenda est vesania, qui tantam corporis, quod

*Tom. 2. Pars Æstiuæ.*

non nisi vilis & strigosus quidam equus est, rationem habent: miseram vero animam longe nobiliorem, deserunt ac derelinquunt.

Hinc bene, meo iudicio, Musicos reprehendit olim Diogenes, quod instrumentorum fides concinne ad numeros adaptarent, & harmoniam auribus gratissimam efficerent, mores vero dissolutos haberent, nec ad harmoniam componerent, animæque affectibus non temperarent, nec ad rationis numerum redigerent. E contra vero sapienter mihi visas est respondisse Themistocles: hic enim cum in conuiuio quodam, in conuiuium gratiam, rogatus esset pulsare testudinem, eius sese artis ignarum confessus est: cum vero quidam ab eo deinde peteret, quidnam tandem sciret, ait, *Rempubicam ex parua magnam noui facere.* Insinuare volebat, absurdum esse & homine penitus indignum, exigua, friuola, minuta, curiosius inuestigare, maxima vero negligere. Equidem post illum hinc infero, malum esse & periculi plenum, in paruis scrupulosum & anxium esse, maxima vero peccata non vereri committere.

Pharisæum agebat David, cum visa Bersabee, amore iam illaqueatus, curiose inquireret, num honesta & pulchra foret: non vero rogaret, num matrimonio esset copulata.

Iudæi verebantur die festo prætorium Pilati intrare, innocuum vero Christum falsis testimoniis ad mortem condemnare non reformidabant. Ecce iustitiam Pharisæicam, nostra maior sit oportet, atque in hoc Evangelica consistit perfectio, quæ me ad secundum concionis membrum trahit.

Dicendum est igitur, ut ad alteram partem descendamus, quemadmodum lex gratiæ perfectior est lege scripta, opera quoque illius digniora, & iustitiam eminentiorem esse debere: quo collimans Seruator noster ait, Spiritum sanctum inter cetera, quæ in terra acturus est opera, mundum de iustitia arguturum, *Ille arguet mundum de iustitia & iudicio.* Id est, Spiritus ille æternus, summus animarum iudex, cum in mundum veniet, ob iustitiæ defectum illas condemnabit, quod in moribus & agendi ratione perfectio-

*Laert. 6. lib.*

*August. Ep. 66. ad Dioscor.*

*1. Reg. 12.*

*Ioan. 19.*

*Ioan. 16.*



fectiores non fuerint discipulis Mosâicis & synagoga filiis.

Porro ipsa perfectio consistit in hoc, quod veram iustitiam colamus, ex tota mente & animo Deo seruientes, & omne quod ad peccatum inducit, fugientes, tum quoad cogitationes & alios motus interiores, tum etiam quo ad opera & exteriora: quæ omnia breui hac sententia comprehensa sunt: *Audistis quia dictum est antiquis, Non occides: qui autem occidit, reus erit iudicio: ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio: olim scilicet homicidia & cædes verabantur, nunc autem ira & rancores. Quorum verborum occasione de homicidio non nihil excurrere dicemus.*

III.  
Homicidii graue delictum.

Et sane homicidium peccatum tetrum ac detestandum, ac grauibus dignum suppliciiis. Omnis siquidem in ipsum armatur orbis, & nemo est quin illud puniri velit: nam præter tortorum manus, & seuerissimam Dei castigationem, ipsa conscientia & natura perpetuo supplicio & remorsu excruciant illum, qui sanguinem proximi effudit: semper enim ob oculos sanguinolentam illam tam horrendi facinoris memoriam ponunt, vt terrorem & formidinem illi incutiant.

Causa vero cur scelestum hunc ita exagitant, hæc statui fortasse potest: cum enim vnaquæque sanguinis gutta anima rationali, quæ vera Dei imago est, (si modo sanguis, prout Medici & Philosophi etiam hodie conceperant, animatus sit) videntur conscientia & natura peccatum agnoscentes, & quodammodo indignantes, quod ita imaginem creatoris violauerint, sanguinem vel vitam illi vnitam mouendo, authorem excruciare omniaque ratione conati vt delictum illud castigent ac meritis afficiant suppliciiis.

1. Reg. 25.

Hoc sane exprimere volebat sapiens & prouida illa Abigail, quando Davidis animam placatura, armaque, quæ aduersus stolidum Nabal in manus sumperat, manibus excussura, hac eum oratione aggressa est, *Non erit tibi hoc in singulum & in scrupulum cordis Domino meo, quod effuueris sanguinem innoxium, aut ipse te vltus fuerit: Quasi dicere voluisset. Noli, ô rex, humano regias manus cruentare sanguine, ne fortasse re-*

mordens idcirco conscientia te intrinsecus exagitet, ac mille te stipet supplicia hoc scelus tacite interne vindicantia ac punientia.

Notat Chrysostomus & bene quidem, Cainum, postquam patricidalis dextera fratrem Abelem interfecisset, iusto Dei iudicio, semper furiis exagitatum, & vmbra fratris vbiuis locorum illum esse profecutam, oculis eius assidue se representando, vltionemque tam horrendi & feralis sceletis depolledo: tantumque patricidæ timorem ac formidinem incussisse, semper vt membris tremeret, & lymphanti similis & furiis agitatus, per agros vagus & erro discurreret. Additque, mortuum semper eum esse comitatum, assidue illum torquendo, & acutissime stringendo, iustitiamque omni momento exigendo: quemque viuum æquis aspiciere oculis nõ potuerat, à morte illum semper vt inimicum præ oculis habuisse.

Huic supplicio Dauid, iusta Dei sententia per Nathanum Prophetam declarata, post innocuum Uriam trucidatum, fuit additus, *Uriam Hebraum percussisti gladio, & uxorem eius accepisti in uxorem tibi, & interfecisti eum gladio filiorum Ammon: quam obrem non recedet gladius de domo tua usque in sempiternum.* Aulam illius perpetuo naturam sanguine comminatur, & homicidii fore infamem: sed aliud meo iudicio non intelligit, quam viuos illos aculeos & exagitationes, quibus synteresis illum noctes & dies toto vitæ tempore excruciet: vmbra ve Uriæ, omnibus locis adfuturâ, & nullo non tempore de morte sua vindictam, iniuriarumque sibi illatarum compensatorem & talionem exacturam. Ah quoties ille, somno ab hac vmbra excitatus, è strato se corripuit, tanti sceletis admisisse poenitentia motus! Quoties inter Principes agens, vmbra hæc ob oculos versante & sanguinem etiam stillantem commonstrante, colloquia incepta interrupit, negotia reliquit interrupta, vt clanculo calamitatem deploraret, & misericordiam diuinam lacrymis exposceret? Atque hoc innuere voluit, dum lachrymans, suspirans, & singultiens clamat, *Et peccatum contra me est semper.* Hæc Psal. 50. *terdiu aut noctu datur, semper conscientia* sit.

Abel mortuus Cainum excruciat.

Homicidii graue delictum.

1. Reg. 25.

2. Reg. 25.

Hæc Psal. 50.

stimulis exagitor, peccatum semper comitatur, inimicum habeo omni in loco inuadere parantem: omni momento vix sanguis ob oculos versatur, qui me cruciat, flagellat & torquet, ac tantum non mori cogit.

Videant igitur sanguifugæ illi & homicidæ, quid sanguinem effundendo lucrerent viuum quippe occidendo, gladium mortui qui diutius & crudelius ferit quam viuens, in caput suum exacuunt: cum Deo permittente, vt quos occiderunt in vita, iam mortui illos exagitent, & post fata vltionem, quam viui habere non potuerunt, deprecant. Præceptum igitur, *non occides*, integre & inuiolate obseruent.

Homicidii grauius.

Num. 35. 20.

Et sane homicidium tam horrendum ac detestandum facinus, vt homicidæ in lege Mosæ patriâ profugi prius redire non possent, quam summus Pontifex exspirasset, ecclesiæ decretum, *Exules & profugi ante mortem Pontificis nullo modo in vrbes suas reuertentur*. Cuius rei rationem reddens Arias Montanus ait, ideo potissimum in mortem Pontificis reditum eorum dilatum, quod temporis mutatio magnam quoque varietatem in priuatis ac publicis negotiis mutationem adferre soleat: in morte autem Principis solet vt plurimum rerum mutatio contingere: tunc siquidem magistratus renouantur, & alia in indicando ratio præscribitur: & cum summus sacerdos Principis loco apud Iudæos fuerit, certum est, morte illius multas in regno mutationes contingere, nouaq; plurima occurrere, nulla vt præteritorum amplius haberetur memoria. Hac igitur sumpta occasione veniam sibi rei acquirebant, & in libertatem homicidæ asserebantur.

Rabbi Moysi Maymoni lib. 3. c. 4.

Alias porro rationes doctissimus Andreas Masius, idque ex Hebræorum commentariis colligit. Prima è Rabbi Moyse Maymone est, quod summus sacerdos Reipublicæ magis foret necessarius, quam priuatus aliquis: atque ita mors illius maiori luctu digna erat, eamque omnes velut communem & publicam prouinciæ vastitatem & exitium deplorabant: sæpenumero autem contingit, vt, quando publica deploratur calamitas, priuata negligatur: adeo vt cõmune detrimentum Pontificis morte acceptum,

omnem priuati quod homicidium attulerat, obliuionem induceret.

Altera Masii ratio est, quod homicidæ sanguinis humani effusione ita terram polluat atque inquinat, vt non nisi ipsius homicidæ sanguine purgari queat & expiari: porro mors commode expiari nequit, nisi morte alterius. Quoniam autem terra diuersis hinc inde cædibus profanata erat, & iuste cædes vindicari non posset: lex in benignitatem pronior, voluit vt vnus mors ceterarum loco satisfaceret: & quia magnus interfectorum numerus erat, vnus mors non satis futura videbatur, voluit igitur, vt morte summi Pontificis, qui pluribus æquiualebat, satisficeret interemptus, & obitu vnus, publica per omnem prouinciã venia promulgaretur. Egregiæ profecto sunt hæ rationes è quibus licet colligere, quam execrandum sit scelus, humanum effundere sanguinem, cum ad ipsum expiandum summi Pontificis mors sit necessaria.

Tantopere autem Ioan. Chrysostr. id ipsum Homicidii detestatus est, vt Caini peccatum quod homicidii species erat, grauius & enormius ini grauius ipsa Adami præuaricatione fuisse dicere non peccato dubitauit: idque colligit, & non in seite; ex Adæ maledictione imprecationeque, tum in hunc tum in illum lata: Adæ namque peccatum terræ maledictionem inuexit, *Maledicta terra in opere tuo*: ait Cain occiso fratre, in caput suum maledictionem arcessiuit. Audiamus aurea Chrysostr. verba, *Quanto maius hoc peccatum præuaricatione, inquit, protoplasti, ex maledictionis varietate videre licet, &c.* & tandem concludens ait, Cainum in hoc diabolo etiam parem fuisse, qui etiam in propria persona à Deo fuit maledictus.

At qui profundius peccati huius grauitatem & horrorem scrutari volueris, is secum perpendat, à quot aduersariis homicidæ ad necem deprecatur, & quam multi vindictam de eo sumere gestiant, & quodammodo diè dicant. Primo ipse mortuus ei bellum indicit, eiusque sanguis clamat, vt & cælum vox ipsa penetret: q̄ notat Ambr. quia, inquit, *Dem iustos suos Lib. de Cain audit etiam mortuos, quoniam Deo viuunt. Et ob. Abel.* seruauerunt Hebræi, & cum iisdem Liranus, in Genesi, post funestum Abelis interitum, quo loco

Gen. 4. uos legimus, vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra, in textu Hebræo legi, vox sanguinum: quod tantūdem homicida sanguinis effundat, totq; se homicidiorum reum constituat, quot iustus Abel proles, si vixisset, genuisset.

Secundo terra ipsa aduersum eum conspirat, iustitiamque exigit, prout idem Ambrosius innuit: quamuis enim defunctus eodem remitteret, terra tamen ad necem sicut rium deposceret, vnde cum Ambrosio dico. *Vox sanguinis de terra: non dixit de fratris corpore: quia si frater parcat, terra non parcat.*

Tertio, omnes in genere creaturæ aduersus eum armatur, & vbiuis locorum insidias ei stituunt, & mortem parant, adeo vt perpetuo in metu & formidine versetur: vnde oritur habuisse crediderim. continuas illas agitationes & tremorem membrorum in scelerato Caino. Cuius tremoris causam indagās. Procopius Gazæus, & interrogans, quemnam timeret Cain, cum præter patrem & matrem in mundo nullus viueret, mox rationem subnectit, quod metueret ne omnes aduersum se creaturæ insurgerent, Cain inquit, vidit virtutes celestes, metuebat quoque insidias ferarum & reptilium, qua Deum ad vindictam creauit impiorum.

Quarto denique Deus ipse, omnium æcerrime interfectorem exagitat, qui eundem citius aut serius persequitur, & numquam inultum facinus hoc sinit, sed grauissime vindicare consuevit. Testis sit nefandus ille Cain, qui fratre mandibula obtruncato, statim assidua membrorum concussionem fuit castigatus, in qua ad septem vsq; generationes permansit: neque enim suam modo vixit ætatem, sed septem integras compleuit geneses: atque ita intelligendum est supplicium, quod à Deo illi fuit inflictum, *Omnia qui occiderit Cain, septuplum punietur*, quæ verba exponens idem Procopius ait, *Punitio fiet de te septuplum, quia viues in cruciatu vsq; ad septimam generationem, in qua à Lamech occideris, ergo omnia qui te occiderit, septem vindictas exsoluet.* Hæc dicta sint hæcenus, vt horrorem & enormitatem homicidii vobis ob oculos ponam: iam cholerae vobis & iracundia deformitatem exponam, quam Euangelium

prohibet, dicens: *Quia omnia qui irascitur fratri suo reus erit iudicio.*

Principio igitur hoc præsupponendum est, iracundiam non semper peccatum esse, nec semper vitium secum trahere: vnde Psal. *Irascimini & nolite peccare.* Ipsa quoque Deus irasci interdum solet, ira tamen in ipso peccatum non est, nec esse posset: vnde scribitur, *Quis potest iram tuam dinumerare? & alibi, Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me.* Ceterum diuina hæc ira ab omni delicto pura & purgata, furor & ira columbae in sacris literis solet appellari, vt in illo Ieremiæ, *Disperdit, ait, facorem de Babylone, & tenentem falcem in tempore messis à facie gladij columbae. vnusquisque ad populum suum conuertetur, & singuli ad terram suam fugient.*

Simile quid reperire est cap. quadragesimo nono, in quo de Nabuchodonosore Egyptum deualtante sermo est, qui ideo gladius & mucro appellatur, sed gladius columbae quo ad literam, eo quod Babylonii in vexillis & signis bellicis columbam depictam gestarent: at mystice hoc de ira Dei accipiendum est, atque ita sanctus Gregorius interpretatur, dicens, iram diuinam furorem columbae appellari, quod irasci sine vlla perturbatione solet, & quamuis ira videatur intumescere, spiritus tamen & mens eius, semper in malacia est: Vnde discamus oportet, ita passiones & affectus prauos compescere, ne leonis sine furia, id est, vt iracundia felle careat, & ab omni perturbatione & inquiete sit immunis.

In Leuitico præcepit Deus, vt in Aaronis & filiorum oblatione, quam offerre debent Domino in die vnctionis suæ, pars decima ephi offerretur similia in sacrificio sempiterno, quæ in sartagine oleo frigenda erat. Quo edocemur, dum spiritus & mens in sartagine iracundia exarsuat, oleum charitatis & misericordiae infundendum. Huc quoque facit, quod Apostolus in Epistola ad Ephesios ait, *Sol non occidat super iracundiam vestram.* Scio, literaliter sensu denotari, solem non prius debere occidere, aut diem finire, quam ira finem in animo acceperit: at dici quoque potest, mystice hic designari miser-

vbi supra.

Iracundiam non semper peccatum.

Jerem. 50.

S. Greg. 49. lib.

Leuit. 6.

Ephes.

miseritiam & charitatem, quæ sunt virtutum quodammodo soles in hoc mundo, sine quibus anima semper in tenebris agit, nunquam in iracundia vestra occidere debere.

*Aug. lib. 18. de civitate Dei.*  
Inter gnomas septem sapientum, qui succinctis & Laconicis quibusdam sententiis doctrinam singularem incluserunt, ut benenotavit Augustinus, non immerito laudari meruit illa Periandri, qui depicto freno dicebat, *iram cohibere*: quo aliud significare noluit, quam iram, instar equi indomiti & belluæ ferocientis, nonnumquam efferascere, quæ ut cohibeatur, freno, lupatis, & capistro opus esse: atque huc Prophetæ verba torquere licet, *In chamo & freno maxillas eorum constringe.*

*Pierius lib. 1. de rebus. Richar. de rebus. 2.*  
Pierius Valerianus & Richardus Brixius, curiosi multarum rerum inuestigatores, aiunt veteres, iram pacatam, & bilem detumescere denotare volentes ingentem quercum, quæ arbor natura durior est, oliuæ ramis intercurrentibus depingere consueuisse: nam ut quercus animi obdurati & affirmati signum est, ita oliuæ pacati & sedati.

Omnia porro signabant, dulcedinem veram sedandæ iræ rationem esse, & oliuam & quercum, id est, dulcedinē, misericordiam, & clementiam vna cum furore, iræ, bile, rancore & affectibus feruidioribus concurrere oportere. Ipsa siquidem vera est ad ignes & flammam animi exstinguendam aqua: ipsa est mare rubrum, in quo bellatrices illæ Ægyptiæ submerguntur: ipsa denique diluuium est, in quo carnales concupiscentiæ & deprauationes suffocantur & pereunt.

*Pier. Valer. lib. 4.*  
Referunt naturalium rerum auctores, & inter ceteros Pierius, malogranatorum arborem, quæ suauissimos ferre solet fructus, si fructus amarescere & siluescere cœperint, non aliter ad pristinum saporem redire posse, quam si pini ramusculus radici eius alligetur, qui omnem amaritatem & crudelitatem attrahet. Ut secretum hoc naturæ proposito ad apremus, dicendum est, hominem, malogranatorum arborem esse à Deo ad fructus bonos & suaues producendos destinatum, atque ideo fortasse in summi olim Pontificis veste mala granata dependebant. At si forsi-

tan fructus eius nimirum crudi sint & acerbiores, violenti & iram spirantes: vera eodem dulces reddendi ratio est, pincem ramum radicibus illorum apponere. At mihi huiusce rei ratio videretur, quod olim malogranatorum arbor amoris fuerit symbolum, & pinus mortis, semel enim hæc præcisa non excreuit aut repullulat.

Nulla porro melior ad animum fructibus amaris; quales odium, ira, & affectus prauis, conuictum ad dulcedinem sectendum haberi potest ratio, quam si cogitationum radici mortis memoria applicetur. Hoc igitur vos cholericis vrimini remedio, & iræ pestem carne peius & angue execramini, suuam hanc infernalem, impetum illum brutalem, animarum perniciem, mundi exitium, & rem illam homine indignam, fugite.

Stoici, referente Augustino, eos hominis *Lib. 9. de cinit.* nomine & titulo asserbant indignos, qui à prauis affectibus transuersum se agi permitterent: credebantque choleram in sapientis alicuius animum cadere non posse: rati sapientiam & affectus illos iracundiæ vehementiores simul stare non posse. Quin & Aristoteles, inter ipsa generosi & magnanimi virtutis officia velut primum recenset, irasce numquam & iniuriarum omnium obliuisci. Omnes autem hoc vnum spectabant, iram homine penitus indignam, ac brutis ipsis propriam esse.

Opinionem huic suffragatur sapiens ille & *Iob. 5.* passiones suas cōpescens Iob, dum ait, iram non nisi stultorum esse, & nusquam iram nisi ubi stultitia reperiri, *Virum stultum*, inquit, *interficiet iracundia: paruulum occidit inuidia.* *Eccles. 7.* Idem & sapiens, *Ne sis velox ad irascendum, quia ira in sinu stulti requiescit.* Et vere iræ Maniæ species est: vnde poeta;

*Ira furor breuis est.*

Seneca quoque libro de ira, nullam ad stultitiam faciliorem compendiosioremq; *Seneca. lib. de ira.* viam credit, quam peritam. Cui sententiæ subscribens, Apostolus ait, *non vosmetipsos defendentes, sed date locum ira: in finitatem voluit, esse nobis iratum non secus ac insanum, quamprimum fugiendum, eiq; locum dandum.* *Rom. 12.* A qua interpretatione non longe recedens sanctus Basilus ait: *Data locum ira quasi S. Basil. torrentis.*

Q. 3. torrentis.

torventi, qui obuia quaque imperu suo rapidissimo deuoluit. Plato quoq; interrogatus olim, quam potissimum re stultos a sapientibus dignosceret, sapienter respondit, *Sapient cum vituperatur, nō irascitur, cum laudatur, nō extollitur.* Id est, homines cordati ac sapientes, passionibus non subsunt, ac stolidi & insensati semper exaestuunt, & succensi sunt ira.

Ira vesania est.

Ira profecto hominem eo deducit insaniam, vt, si iniuriis affectus, vltionem sumere nequeat, & rationē rependere, de seipso eandem sumat. In quo tigridem animal ferocissimū imitatur: hæc enim, referente Plinio, si catulos, quos charissimos habet, amiserit, re comperta, raptores mox celeri cursu prosequitur: at vbi nullam catulorum recuperandorum spem esse cernit, ira succensa, & rabie tumēs, in seipsum sæuire, ac dentibus vngues, ventrem, pectora dilacerare incipit, sui ipsius torrix & laniatrix. Id ipsum quoq; & ira facere confuevit, in proprium corpus arma conuertens, cum in alios eadem nequit stringere. Suffragium suum huic rei addit & Iob dicens, *Tigris perijt, eo quod non haberet pradam: vel, vt ex Hebræo legitur, eo quod non fuerit pradam affecta.* Sed vtraq; versione efficere volo, iracundum & ita ferascentem feroci tigridi non cedere, & vbi ira, tigridum aliquid & brutale semper reperiri.

Lib. 1. de anima.  
Li. 2. de sacram.  
Hom. 21. in Ioan.

Quorquor autem de ira scripsere, varia & inaudita, & tamē maxime propria ei nomina indidit. Aristoteles imprimis sanguinis accensionē & incendiū iuxta cor esse ait. Hugo de S. Victore, irrationabilē perturbationem mentis. Possidonius asserit appetitum puniendi eum, a quo te iniquitas putas casum. Chrysostomus vero ceteris liberior dicit ebrietatis eam speciem esse, quæ animas prauis affectibus replet atque inebriat, rationemq; & iudicium surripit. Quin & vltius procedens, vt dæmone tetriorem eam depingit, *Ebrietas inquit, quadam est ira, vel potius ebrietate grauior, & dæmone miserabilior.* De hac autem ebrietate locum illū Proverbiorum intelligi credo. *Spina nascuntur in manu ebriosi,* id est, irati: per spinas autem Spiritus sanctus inimicitias, iniurias, contumelias, & ignominiam, quæ ab ira nasci solent, intelligit: spinas inquam rhamni & rubi spinis acutiores.

Pro. 26.

Cæsariensis Episcopus & eloquentiæ laudator de inter ceteros Ecclesiæ Patres nobilis, Basilianus, Libani, magniq; Gregorii Nazianzen. discipulus ac contubernalis, mecum coincidens, iram quamdam dæmoniaci hominis effigiem esse confirmat. Et bene, meo iudicio, nam re ipsa & vsu quotidiano videmus eandem in corpore, cui infernalis hæc passio imperat, violentias, conuulsiones, morus, & furibundas agitationes, quæ in energumenis apparent, exurgere. Turpitudine enim, horror & mimici illi gestus irati hominis, adeo terribiles & inepti sūt, vt plurimi, teste Seneca, visa in speculo sui ipsius irati imagine, ita pudore commoti sūt, numquam vt deinde ab ira se fuerint superari. Cui subscribit & Chrysostomus dicens, *Quod si iratus seipsum intueri possit, nulla vltius indiget admonitione, nihil enim irato turpius.* Quæ tetras & horrendas Medusæ huius imagines & emblemata sacræ nobis depingunt literæ, vt omnes in illius odium detestationemque excitent, quo eam remis velisque fugiant.

Salomon tria esse ait: quæ terram contemiscere faciant & quartum quid, quod omnino nequeat humeris sustinere: tribus prioribus relictis, quod huius materiæ non sint, quantum esse dicit: *Ancillam cum fuerit hars domina sua.*

Verum literalis sensu seposito, ad allegoricas confugiamus. Quando fieri putatis, ancillam dominæ locum inuadere, & in illius hereditatis iura inuolare? quando scilicet bilis, cupiditas, caro, quæ iure naturali animæ & rationis ancillæ sunt, quæque ei obediunt & obsequi mancipiorum instar deberent, in dominam insurgunt, throno eam deturbare, eius priuilegia inuadere, dominium præterdere conantur: atq; hoc terra sustinere nequit, atq; hoc omnes animæ potentias destruit & concutit, & cunctas illius facultates ad seditionem, & dissidia concitat.

Hinc nobiscum sentiens M. Tullius seditionem in Republ. excitatam cum animæ bello intestino comparat, in Officiorum enim libris quodam loco scribit: *Sicut ciuitas in seditione non potest esse beata, nec in discordia dominorum, domus: sic animus a se ipso dissidens, secumq;*

Homil. de ira Di.

Hom. 24. in Ioan.

In officio.



Notare autem vos velim, quandoquidem ad finem iam properat concio, summum illum magistrum veritatis, perfectionem quam Iudæorum erat iustitiam inducere fatigentem, efficere & probare velle, illum qui non nisi voluntate sua alicui necem infert; in lege Evangelica, non minoris criminis reum esse, minorem castigationem promereri, quam qui in Mosaica re ipsa eui quam vitam eripulet. Quasi dicere voluisset, vestra consuetudo & doctrina, Pharisei, morti adiudicat eum, qui homicidium committit; equidem vero & illum, qui & irascitur fratri suo.

Quomodo ira hic accipitur.

Vos actionem intentatis, inque iudicium trahitis eum, qui fratri Raca dixerit; equidem illum hoc nomine condemno, & vinculis infernalibus mancipio. Simul hic etiam notandum venit, per iram Dominum non intelligere omnem vindictæ appetitum; ut illam diffinire Philosophi, verum illam tantummodo quæ ad homicidium viam parat.

Quid Raca significet.

Obiter quoque hic obseruandum, ob varias verbi *Raca* notiones significacionesque, magnam inter Patres ac doctores in hoc explicando esse discrepantiã. S. Ioannes Chrysostomus vocabulum quoddam esse ait, contemptum includens, quasi dicas contempnim *Tu*. Augustinus vero interiectionem irati, & accentum quemdam indignantis. Hieronymus sibi persuadet, vocem Hebræam esse; quasi dicas, vecors, vesane, mente & cerebro destitute. Doctissimus Maldonatus in hunc locum commentatus, vero similis credit, verbum Chaldaicum vel Syriacum esse à radice Hebræica *Rak*, quæ hominem leuiculum & inconstantem designat, descendens: vnde factum, ut *Raca* à Thalmudistis capiatur pro emoræ mentis homine, cerebro destitute, & qui iudicio careat.

Tria tribunalia apud Hebræos.

Quarto notes hic etiam oportet verba illa, *reus eris iudicio*, tantumdem valere, ac si dicas, Pœna mortis afficiendus est: eo quod iudicium eo loci pro condemnatione accipitur; quod ut melius intelligatis, hic mente repetendum est, quod è libris Thalmudicis, & traditionibus Rabinorum constat, tria apud Iudæos fuisse tribunalia, tria iurif-

ditionis, & tria iustitiæ genera. In primo triumviri iudicabant. Hebræice *Misebat*, Latine *Iudicio* dicto, in quo de leuibus & parui momenti negotiis disceptabatur. Secundus confessus quidam erat prædialis, viginti tribus constans iudicibus, in quo causæ maioris momenti tractabantur, Hebræice *Sanedrin*, Græce *συνεδριον*, Latine *Confessus*, appellatur. Tertium supremum quoddam Parlamentum erat, 78. constans alleffionibus ac iudicibus, magni nominis viris, in quo de maximis & grauissimis rebus agebatur, de pace, bello. Pseudopropheta, de summo sacerdotio, aliisque tum ad reipub. statum ac regimen, tum ad caeremoniarum sacrorumque ordinem spectantibus, & dicebatur *Magnam synedrion*, quasi dicas consilium ac Parlamentum regium: horum tamen singula ad mortem reos condemnare poterant, & cum quatuor apud Iudæos fuerint supplicia capitalia, scilicet crucifixio, decollatio, lapidatio, viuicomburium, horum singulis tribunalibus fas erat ad prædicta supplicia condemnare: hoc tamen discrimine, quod in primo rei non nisi ad minora ex his & leuiora supplicia condemnarentur. Vnde Dominus infert, homicidas tum re ipsa, tum etiam voluntate, steminiurios & contumeliosos, & iracundos, iudicio, id est, morte & pœna capitali dignos esse.

Eia igitur Christiani, ad hanc perfectionem Evangelicam contendamus, non iam amplius more viuamus Pharisaico, Synagogæ merita transcendamus, ad veram iustitiam aspiremus, iustitiam inquam quæ tum exteriora, tum interiora complectitur, quæ non minus iram ac furores quam homicidia execratur, quam terram hanc pestem, & infidos illos furores fugiamus, Regii Prophetæ consilium sequentes, *Desine ab ira & ira desine, ne permissum, obsecro, nos à violentis hisce turbibus transuersum rapi, sed in seculpamus animo egregium hoc Senecæ Philosophi documentum. Quemadmodum, inquit, nauæ tum vela in ventos laxant, quando temporis inuitat serenitas, & quando tempestas imminet, ne portu quidem exeunt, sed tuti delitescunt: ita quoque vnusquisque in mundi huius mari velificans,*

oicans rideat, ne dum passionum tempesta-  
tes in anima exurgere incipiunt, in plentim  
se mare coniciat, ne vociferetur, efferafeat,  
in indignationis plenos clamores prorumpat,  
sed patientiæ anchora solideretur. Ita se  
fecisse fatetur vates regius, *Turbatus sum, &  
non sum locutus.*

Quid A. Venit mihi hic in mentem præclari docu-  
mentum, quod referente Plutarcho, Imp. Rom.  
Augusto olim ad iram superandam & ex-  
terminandam, dedit Philosophorum sui sæ-  
culi Deus Athenodorus: vt nimirum iratus,  
non prius quidquam aut diceret, aut ageret,  
quam Alphabeti Græci ordine recitaret ele-  
menta. Sciebat quippe, iram feruidum quen-  
dam imperum esse, qui rationem violenter  
abripit, & subita quadam animos vi in præ-  
cepserat: at vbi tempus intellectum illumi-  
nant, & rationis usum non nihil elucidarit,  
subitus ille imperus maturefcit, reflectere in-  
cipit, & animus à furia illa liberatur.

Eodem etiam respexit magnus Ecclesiæ  
doctor Ambrosius, quando Imp. Theodosio  
in iram pronò pœnitentiam iniunxit, non  
prius aliquem morti adiudicandum ad sup-  
plicium trahere, quam triceni à lata senten-  
tia elapsi essent dies: quod & lege dein Impe-  
rator sanciuit, atque inter decreta sua voluit  
referri.

Architas Tarentinus, vt in Tusculan. tra-  
dit M. Tullius cum in seruos insolentes, li-  
beriusque agentes, pro domini iure liberare  
& grauius potuisset animaduertere, sed ira  
commotus esset: ita impetum illum repres-  
sit, atque vindictæ appetitum intra rationis  
limites continuit, vt illo eos tempore puni-  
re noluerit, sed dixisse ei suffecerit, *fortunati  
quia irascor vobis.* Edocere hocce exemplo  
omnes præclarus ille Philosophus voluit,

subitos illos iracundiæ imperus esse refræ-  
nandos, hominemque passionibus: non vero  
homini passiones debere dominari.

Hoc sequimini velim Auditores, manda-  
ti illius, quod Ioseph Patriarcha fratribus  
Egypto abeuntibus dedit, memores, *Ne i- Gen. 45  
rascimini in via.* Hoc menti vestræ infixum  
optem, & ne scilicet interea dum in vitæ hu-  
ius tramite vitam carpitis, ira vobis imperet,  
sed omni loco & tempore eandem expugnetis,  
& compescatis.

Atque hoc est, quod à te, summe & cle-  
mentissime Deus, amator pacis & non belli,  
hodie vnanimis suppliciter contendimus,  
quod à te postulamus: Hoc obsecro, nobis  
concede, vt nimirum in aduersis prudenter,  
in prosperis nos moderate geramus, sumus in  
afflictionibus constantes, in tentationibus  
inexpugnabiles, in iracundia languidi. At-  
que hæc vera est ad cælum & ad perfectio-  
nem via, hæc ad maiorem quam Phariseo-  
rum erat, pertingendi iustitiam ratio: illi  
namque non nisi externam offerebant, & ex-  
teriori quadam apparentia te colebant: lin-  
guam tibi dicabant, (nam ore te laudabant)  
at cor mundo: solam enim vanam aucupa-  
bantur gloriam.

Nos vero, Deus clementissime, melio-  
rem maioremque iustitiam consecretantes,  
cor simul & linguam offerimus, & magno  
tibi affectu atque ardore animi, & ex totis  
viribus & mente obsequi desideramus. No-  
stra igitur desideria, vota, oblationesque no-  
stras benignus admitte, horum vt admini-  
culo gratiam tuam hoc in mundo & in altero  
gloriam impetrare mereamur, cuius nos  
compotes reddant Pater, Filius,  
cum Spiritu sancto,  
Amen.